



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TT. FF. C.  
ET CAN. DE IVREIV-  
RANDO CONGESTAE.

QVAS AVSPICE CHRISTO, PRAESI-  
DIBVS CLARISS. CONSVLTISSIMISQVE VIRIS  
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-  
landt, SS. LL. Licent. Dictatore, & Fisco, in ornatif-  
simo Coloniaensis Academiae Iuris Col-  
legio publicè defendere  
tentabit.

ADOLPHVS STEINGEN.

*XXVI. Iulij. CI. ID. XCI.*



COLONIAE AGRIPPINAE Kk  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

EX LIBRIS

LIBRARIUS

STENNINGEN

1711

STENNINGEN

1711

STENNINGEN

1711

STENNINGEN

1711

STENNINGEN


1711

STENNINGEN

1711



## TRANSITIO.

 *Via Iusiurandum frequentius datur de pecunijs creditis, vt non inuenuste dicatur à Laberio Emplastrum esse aris alieni: (a) Ideo Iurisiurandi materia recte sequitur titulum de Conditione ex mutuo. (b)*

(a) Gell. Noct. Attic. lib. 16. c. 7. (b) Ita continuant V Vef. & Cuiac. h. t.

## THESIS I.

**E**ST autem Iusiurandum inuocatio Dei, (a) vt sit testis voluntatis ipsius quod nolit fallere, (b) petit q̄ vt fallentem puniat, (c) atque in hanc pœnam se obligat.

(a) Solius x̄p̄d̄iōȳw̄s̄ȳs, non creaturarum. Matth. 5. vers. 35. 36. 37. c. Et si Christus 26. de iureiur. 22. q. 1. Si quis per capillum. (b) Sic Paulus se vera dicere affirmat Deo teste ad Rom. 9. vers. 1. vnde & Cic. lib. 3. offic. vocat religiosam affirmationem, cui standum propter iustitiam saltem Dei, non metu iræ diuinæ, vt Ethnicè ita impiè asseuerat. (c) Duæ igitur iurisiurandi partes sunt, cum vt teste: tum vt iudice Deo iusiurandum fiat. Cuiac. par. C. h. t. V Vef. par. nu. 2. Heresb. Epit. Jurispr. Christ. Edict. 3. l. 8.

### II.

*A causa efficiente iusiurandum triplex est: (a) Voluntarium, Iudiciale, aut necessarium: priora duo ex pactione ipsorū litigatorum: (b) hoc auctoritate iudicis expeditur, (c) vltro neum autem iuramentum Prætor omninò non tuetur. (d)*

(a) vt ex inscription. tit. ff. de iureiur. manifestum est, (b) quod extra iudicium delatum etiam conuentionale iusiurandum 17 l. si quis 39. ff. h. t. in iudicio, iudiciale vocatur (c) expressi iuris est in l. 1. h. t. l. 3. C. cod. (d) l. Ait Prætor 3. in princ. h. t. Suspectus enim est qui ad iurandum se offert.

### III.

*Quoties lex ipsa defert iuramentū, non opus est delatione hominis, (a) quo tamen casu non licebit ei vltra taxationem à iudice factam iurare, (b) quin & iuramentum sine delatione præstitum, ad præiudicium iurantis valet, vt teneatur de dolo. (c)*

(a) per l. si quando, C. vnde vi. c. vlt. de his quæ vi met. caus. fiunt Cost. in l. Ait Prætor 3. ff. h. t. cum ibi alleg. (b) d. l. 9. C. vnde vi. d. c. vlt. (c) l. si legatarius 23. sup. de dolo. Costal. in d. l. 3. h. tit.

### IIII.

*Pupillus iusiurandum deferre non potest, (a) si tamen deferat, queritur exceptio, quæ replicatione eliditur. (b) Planè si pupillus ex delatione iurauerit, seruatur iuramentum, (c) potest deferre auctoritate Tutoris, (d) sed nec adultus sine curatore iuramentum defert. (e)*

(a) l. iusiurandum 7. §. pupillus ff. h. t. (b) d. l. 17. d. §. l. i. §. i. ff. Quorum rer. act. (c) l. qui iurasse 26. ff. h. t. (d) d. l. 17. §. 2. l. tutor 35. in princ. h. t. (e) nam quoad acta iudicij comparantur, alias iudicium & acta nulla essent, l. acta §. vlt. ff. re iud. vid. Costal. in l. iusiurandum 17. h. tit.

*A causa*

## V.

*A causa materiali iuramentum debet esse rei licita (a) & honesta: nec enim esse debet vinculum iniquitatis. (b) Vnde iurans seruare statuta, ad illicita non astringitur, (c) nec enim obligatorium est contra bonos mores praestitum iuramentum, (d) quod eousque verum esse constat, vt nec iudex iurans reo spem impunitatis si delictum confiteatur, iuramento alligetur. (e)*

(a) V Vef. par. nu. § h. t. (b) c. 1. de iureiur. in 6. 22. q. 4. c. in malis ibid. 22. q. 4. c. Inter cetera. (c) d. c. in 6. Iniquum enim esset ad id astringi de quo cogitatum non docetur l. qui cum tutorib. §. fin. ff. de tutor. l. §. ibid. c. Quintilian. & c. veniens eod. (d) c. non est obligatorium, de reg. iur. in sex. vid. cum alleg. hic à V Vef. (e) Est enim contra bonos mores & publicam salutem, l. ita vulneratus §. ff. ad l. Aquil. neque potest iudex remittere poenam capitalem delinquenti, l. 2. in fin. contrar. tenet. Alciat. in l. natura ff. V. S. Dec. nu. 7. Cag. 18. in l. Ea est natura, ff. reg. iur.

## VI.

*Ex eodem fonte descendit, quod iusiurandum pactis (a) de futura successione, (b) vel quibus libera testandi facultas diminuitur, (c) adiectum iure improbat.*

(a) l. iurisgentium §. generaliter ff. Pact. l. non dubium C. legib. (b) l. fin. C. pact. tales enim vt indignos ab hereditate repellendos existimat Mart. in l. 2. §. vlt. His quib. vt indig. l. ex eo. C. in ut. stipul. Conuenit in eos vetus dict. Si vultur es, cadauer expecta (c) l. stipulatio hoc modo §. ff. verb. obl. l. 34. C. transact.

## VII.

*Illicitum autem tribus modis dicitur iuramentum Primò ex eo quod iuratur. Secundo ex causa extraneienti. Tertio ex modo iurandi. (a) Exemplum primi modi est iuramentum Herodis saltatrici praestitum, (b) Davidis de occidendo Nabal. (c) Secundi exemplum esto, an Monachus iurans Virgini fidem conjugalem isti iuramento sanctè stare debeat, etsi quidem propter votum castitatis, scilicet, illicitum sit: tamen standum erit. (d)*

(a) c. Innocens 22. q. 4. (b) c. 1. Est etiam 2. 22. q. 4. (c) c. Quod David 3. ibid. (d) d. c. Innocens, conjugem enim habere in seipso malum non est, d. c. Tertij modi exemp. vide infra Thef. 10.

## VIII.

*Ad varia iuramentum adhiberi solet; vel ad fidei promissionem; vel ad contractuum confirmationem; vel ad litis decisionem. (a) An verò ad obligationem producendam iure civili efficax sit, controuertitur, Affirmatiua verior videtur. (b)*

(a) Hæc vid apud V Vef. in par. h. t. (b) l. si duo 13. §. fin. h. t. l. 7. oper. libert.

## IX.

*Huic annectitur quæstio non minus utilis quàm elegans. An vt obligatio facti, ita promissio iurata ad faciendum, praestando interesse impleri possit, quod negandum existimo*  
Couarr. in c. quamuis 2. part. relect. §. 4. num. 6.

## X.

*A causa formali iuramentum per Deum (a) & sancta eius Euangelia (b) concipi solet ac debet. Ita autem iurandum est vt defertur, (c) Vnde si quis illicitè, vt per caput tuum, vel alio modo iurares detulit, tu per Deum licèt fortius & melius iuraueris, nec tamen tibi proderit. (d)*

(a) Panor. in c. 2. de spons. per nomen enim solius Dei in christiana repub. iurandum est. iux. præcep. In nomine Dei tui iurabis. Exod. 23. Iud. 11. Deut. 6. & 10. Ioan. 23. Matth. 5.  
(b) Ex const. Iust. l. rem non nouam §. patroni C. Iudic. Nouel. Constit. 50 Heresb. Epit. Iurisp. Christ. Edict. 3. l. 32. (c) l. Ait prætor 3. §. fin. h. t. (d) Non enim quoad me efficacius iurasti quia non consensi, Cast. l. 3. §. fin. nu. 2. h. t. per l. fin. ff. usu & hab.

### XI.

Cum igitur tantum vni Deo iusiurandum præstetur, (a) per creaturas iurare impium est. (b) Nec igitur promissio per fidem principis, boni viri, nobilis, vim iuramenti habet, (c) quin & inuocatio hominum mortuorum, vt impia in bene institutis curijs repudiatur (d)  
(a) Ex definit. & thes. 10. VVef. per Anch. conf. 192. in par. hic n. 6 (b) c. Etli Christus 25. iurciur. 22. q. 1. Can. si quis per capil. cum sup. alleg. loc. sac. scrip. (c) consule definit. sup. ex qua patet, Est enim enorme facinus gloriã quæ Deo debetur Sanctis & creaturis tribuere d. c. Etli Christus iurciur. VVef. par. nu. 6. Heresb. Epit. Iurisp. Christ. Edict. 7. l. 32.

### XII.

Ea omnino forma iurandum est quæ licita sit, (a) proinde si Iudeus per Thora & legem Moysi, Ethnicus per Iouem Turca per Alcoranum iuret, ei standum erit. (b) Deus autem per seipsum iurat. (c)  
(a) l. non erit §. Diuus r. ff. h. t. licet Costal. in d. l. §. contra existimet & Saracenos iurare ex sua superstitione possit (cum in ciuitate non tolerantur) neget. (b) iux. Const. Imper. Anno 1536. Spiræ publicatã. (c) de se. n. ipse solusest, & idoneus testis arg. 22. q. 1. c. 11.

### XIII.

A causa finali iusiurandum de quo dicere huius proprie loci est, dicitur litis decisorium, (a) & definitur, ὁ ὄρκος ἐστὶν ὁμολογία καθοριστικὴ μετὰ τῶρος παραλήψεως θείας. (b) hoc est, probatio cum obtestatione diuina litem definiens. (c)  
(a) l. 1. ff. h. t. (b) Clemens Alex. (c) Sic verbor. transf. vult. Iurisp. Rom. meth. lib. 2. cap. 2.

### XIV.

Triplex hoc iuramentum (a) est: voluntarium quod ex conuentione, (b) per modum transactionis (c) extra iudicium defertur, quod susceptum præstari debet, (d) nec referri deferenti potest. (e)  
(a) vid. sup. Thes. 2. (b) l. iusiurandum, 17. l. si quis 39. ff. h. t. (c) l. 2. ff. h. t. cui iuramentum vi sua atque efficacia in multis antecellit, ex hoc enim agitur, ex illo non vid. gl. in l. 2. ff. h. t. (d) Est enim primo voluntatis postea necessitatis l. sicut C. Actionib. l. in commodati §. sicut ff. commod. (e) d. l. iusiurandum 17. ff. h. t.

### XV.

Litem omnino omnem decidit. (a) Et si fortasse verè iuratum non sit, (b) continet speciem transactionis, (c) maioremq; habet auctoritatem quam res iudicata, (d) & cedit loco solutionis. (e)  
(a) Ex l. 1. h. t. (b) §. Item si quis post. Inst. Action. Non enim ampliùs quæritur an debeat, cum ea quæstio transacta sit. l. Non erit §. dato ff. h. t. l. Quod si cum 21. ff. Dol. mal. (c) l. 2. ff. h. t. (d) d. l. 2. (e) l. qui iurasse §. fin. cum l. seqq. ff. h. t.

### XVI.

Ideoque detecto periurio alijsq; repertis Instrumentis, controuersia eo sopita non resuscitatur

*suscitatur, (a) ut nec alia quævis sopita transactione, (b) quod enim Iuris autoritate factum est preualet veritati nature. (c)*

(a) l. i. C. reb. cred. & iureiur. l. admonendi 31. in fin. h. t. l. Quod si 21. ff. Dol. mal. cum l. seq. (b) l. sub prætextu C. Transact. (c) d. l. i. C. reb. cred. hinc dicitur maiorem habere auctoritatem quam res iudicata, l. 2. ff. cod. Vult Iurispr. Rom. meth. lib. 2. cap. 2.

#### XVII.

*in iudiciali iureiurando lex 38. h. t. primas tenet, (a) Manifestæ turpitudinis & confessionis est, nolle, nec iurare nec iusiurandum si à iudice approbatum fuerit (b) referre. Quare si neutrum præstiterit, is cui delatum est, ad solutionem cogi debet, (c) nisi iustam eius recusandi causam habeat, (d) aut conscientie religionem testibus, aut idoneis probationibus supplere possit. (e)*

(a) quo facit lex iusiurandum 34. §. datur ff. h. t. l. delata 9. C. h. t. (b) l. generaliter 12 §. sed iuramento C. h. t. (c) d. l. delata 9. in fi. C. h. t. d. l. iusiurandum §. Ait Prætor. (d) Gothofr. in d. l. Manifestæ ff. h. t. vbi multas causas cumulat. (e) V. Vef. hic. nu. 9. & alij in l. 2. & l. delata C. h. t. arg. l. Eum qui, in prin. h. t.

#### XVIII.

*An autem hoc iusiurandum deferri possit, et si deferens planè nihil probauerit iuris est controuersi, ego deferri posse verius existimo.*

Schneid. in §. Item si quis postul. nu. 20. & 21. Inst. Actionib. dd. in d. l. Manifestæ. h. t.

#### XIX.

*Qui hoc iuramentum defert, prior de calumnia iurare debet, (a) quod referenti non defertur, (b) nec à partibus remitti potest, (c) tacitè tamen remissum processum non rescindit, (d) remittitur tamen quibusdam personis, puta patrono domino feudi & similibus. (e)*

(a) l. iusiurandum 34. §. Qui iusiurandum l. si non 37. ff. cod. l. 9. delata 9. C. h. t. (b) l. 34. §. datur ff. h. t. §. fin. Instit. Fideicom. hæred. non enim est ferendus actor, si conditionis quam ipse detulit, de calumnia velit sibi iurari, d. §. datur h. tit. (c) Est enim iuris diuini Exod. 22. a vers. 7. vsque 10. & pub. vtilit. causa introductum Auth. Principales, C. iureiur. prop. Calum. Menoch. arbit. iud. lib. 1. q. 20. Heresb. Epit. Christ. Iurispr. Edict. 3. l. 33. (d) Menoch. d. loc. in fin. Zas. ad l. Cum quid ff. Si cert. pet. Heresb. d. loc. Gaill lib. 1. Obser. §. 4. nu. 2. (e) l. iusiurand. 38. §. qui iusiurand. iuncta l. si patronus 16. h. t. vide Gothofr. ad d. l. iusiurand. & eundem ad l. delata 9. C. h. t.

#### XX.

*An hoc iuramentum calumnie à litis expensis excuset dubium est, ego negatiuè responderim.*

Castr. in l. Ait Prætor §. remissiuè. Bart. in l. properandum §. siue autem nu. 1. C. iud.

#### XXI.

*Porrò remissum iusiurandum pro iurato habetur: (a) proinde qui rem controuersam in conscientiam recepit instar iuramenti litem decidisse videbitur. (b)*

(a) l. Remittit 6. cum seq. C. h. tit. l. i. C. h. t. (b) sic tenet Sich. l. i. num. 8. C. h. t. Intellige si de paruo. Secus si de magno præiudicio agatur.

*Postquam*



XXII.

Postquam ita à reo iuratum est, denegatur actio, (a) aëtori autem iuranti actio in factum nascitur, (b) nisi super aliquo facto nominatum est iuratum, puta, vendito, tum enim erit actio venditi. (c) Reus acquirit exceptionem iurisurandi (d) quæ transit in & contra singularem successorem eiusdem rei, (e) secus in actione personali ubi opus est cessione. (f)

(a) l. Nam postquam 9. h. t. (b) d. l. Nam postquam 9. §. i. l. aëtori 8. C. h. t. Oldendorp. clas. i. actio. 9. (c) l. si duo patroni §. 3. h. t. d. l. 8. C. h. t. Sich. rubr. n. 19. C. h. t. (d) quæ est litis finitæ transactionis & c. Paul. Cast. in l. i. ff. h. t. l. si postquam 9. h. t. (e) l. idemq; in fin. ff. pro socio. l. in hoc iudicium. Cic. med. ff. commu. diuid. (f) l. 3. §. fin. v. fuf. quem cau. Paul. Cast. in l. 7. in princ. ff. h. t. Bart. in l. si tertius §. si quis prius. num. 6. ff. Aqua Pl. Arc.

XXIII.

Cum autem habeat vim iudicij & litis contestationis, (a) quæ in 40. annos actionem prorogat, (b) hinc efficitur, vt si statuto caueatur, debitorem post decem vel quinq; annos actionem amittere, possit is nihil ominus post illud spacium agere, si iuramentum in contractu sit additum. (c)

(a) l. Nam postquam 9. §. si is qui. ff. h. t. l. sed si §. i. de iud. l. Tutor in fin. h. t. (b) l. vlt. de Præscrip. 30. vel 40. an. (c) vid. Costal. d. l. 9 §. si is qui. ff. h. t.

XXIV.

An autem sententia post eiusmodi iurandum requiratur, ambigitur. Ego cum VVes. contra communem (a) non requiri dixerim. (b) Actio autem non ipso iure sed ope exceptionis (c) expirat, in ciuilibus: secus in criminalibus. (d)

(a) Sic Paul. Cast. sentit in l. i. h. t. (b) VVes. in par. nu. 9. quoad effectum enim non differt à superiore, fac. l. 5. §. dato l. ii. §. fin. l. post rem ff. re iudic. (c) quæ impedit inchoari iudicium. & est exceptio litis finitæ, vt colligitur ex l. i. ff. eod. c. i. in 6. de litis contest. (d) Castrenf. d. l.

XXV.

Necessarium præstare is cui desertur cogitur, (a) litem decidit, caussa tamen veritate in suspensio manente, nouis enim repertis instrumentis retractatur. (b)

(a) parendum enim voc. iudicis ca. fin. ext. eod. (b) l. admonendi 31. h. t.

XXVI.

Desertur in supplementum semiplene probationis, (a) vnde suppletorium dicitur (b) locum non habet in causis criminalibus, (c) alijsve causis arduis, (d) nec debet deferri à iudice cuiquam nisi semiplene quid probauerit, (e) isq; eius sit integritatis & fidei, vt verosimile non sit eum peieraturum. (f)

(a) l. in bonæ fidei C. h. t. Menoch. arb. iud. lib. 2. cas. 190 nu. i. (b) Mynf. cent. i. obser. 68. Schenck concl. 47. Mynf. cent. 2. obs. 87. Men. dd. (c) Mynf. d. cent. 2. obser. 87. Gaill pract. i. obs. 108. nu. 12. & lib. 2. obs. pract. 94 nu. 3. & lib. i. de pac. publ. 8. nu. 13. vide Vult. Meth. Jurisp. Rom. cap. 2. lib. 2. Menoch. arbit. iud. sup. d. lo. nu. 17. (d) Mynf. d. obs. 68. Gaill d. obs. 108. Menoch. sup. d. l. num. 17. (e) d. l. in bonæ fidei C. h. t. (f) Vult. d. loc. cum ibi alleg. dd. non

non enim debet esse vilis aut infamis persona, inter quos solent haberi foeneratores Iu-  
dæi, Menoch d. loc. nu. 3.

### XXVII.

An autem tam vehemens esse possit præsumptio ut Iuramentum hoc à iudice deferri  
queat, quæstionis est, & posse ex præsumptione deferri cum Menochio assero.

Mench. h. cont. Socin. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 190. nu. 3. Sich. l. 3. nu. 12. C. h. t.

### XXVIII.

Item queritur an criminofus accusanti iuramentum deferri possit, & ex eo præstito  
condemnari: Ego cum Castr. inter pecuniariam & corporalem pœnam distinguo.

in l. Ait Prætor 3. h. t. nu. 10.

### XXIX.

Debet autem iudex reo quando suspicionibus tantum oneratus est, (a) vel de crimine  
plene accusator non probavit iuramentum ut se purgat deferre, nec aliter absolvere. (b)

(a) c. fin. de purgat. Canon. (b) l. vbi C. Fals. Auth. Nouo iure. C. Pœn. iud. qui mal. l.  
præfenti, §. Sicubi C. Episc. & cler. vid. l. 3. nu. 10. in fin.

### XXX.

Periurij pœna, diuina exitium, humana dedecus est. (a) Non punitur tamen iuramen-  
tum si sit litis decisiuum, (b) sin aliud punitur extra ordinem: (c) infamia notatur. (d)  
Testis in aliena caussa peierans, similitudine eius supplicij, de quo agitur, puniendus est. (e)

(a) Sic l. 12. tab. cauetur, (b) neque enim tale iuramentum potest refutari. Cost. l. si duo  
x3. §. si quis per Bald. in l. 2. C. eod. quam vide fallit in necessario quod retractari potest. Si-  
char. l. 2. C. eod. (c) VVes. par. nu. 10. Qui satisf. cog. Sic & Imp. rescripsit fustib. eum ca-  
stigandum dimittere, & ita superindici, τῷ πορρωτέρω μὴ ὀμνυει, tex. express. in l. si duo §.  
fin. (d) l. si quis maior. C. Transact. (e) Sich. d. l. 2. num. 7. & fin. C. h. t.

## COROLLARIA.

### I.

An iuramentum vi metiue extortum, (a) fides hosti ac hæretico data seruanda sit, (b)  
sepe & multum disputatur, ego omnino seruandum asseuero.

(a) c. ad audientiam, de his quæ vi met. caus. cum glos. Canon. ibid. c. Si vero. iureiur.  
Nec valet elusio quod voluntas libera non sit, cum iactura pecuniæ eligatur, ut vita reti-  
neat. 25. q. 1. merito, (b) c. noli 23. q. 1. l. 5. ff. capt. & postli. 22. q. 4. inter cætera. Iosue 9. &  
20. Item Chroni. 37. vers. 13. qui secus faciunt videant, inquit Cic. lib. 3. off. ne latebras per-  
iurij quærant, ita tenet Menoch lib. 2. cent. 4. cas. 336. nu. 32. Heresb. Epit. Christ. Jurisp.  
Edict. 3. l. 28.

### II.

Secundo queritur an princeps secularis iuramentum remittere possit? quod ut in prin-  
cipe, nisi in causis sue potestati subiectis, ita in Pontifice, nisi in ijs quæ ad dispensationem  
eius pertinent, negauerim.

Couarr. in c. quamuis de pact. 1. relect. §. 3. num. 5. & 12.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





B.I.G.

Farbkarte #13



HESES  
T. FF. C.  
DE IVREIV  
D CONGESTAE.

E CHRISTO, PRAESI-  
ONSVLTSSISSIMISQVE VIRIS  
Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-  
Dictatore, & Fisco, in ornatif-  
nsis Academiae Iuris Col-  
publicè defendere  
tentabit.

VS STEINGEN.

Julij. CIJ. IS. XCI.



IAE AGRIPPINAE Kk  
PETRVS KESCHIDT.



33

